Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



86

pasca cum discipulis meis. Et fecerunt dis
cipuli sicut constituit illis ihc. et paraverunt
pasca. Vespere autem facto. discumbebat cum
duodecim discipulis suis. Et edentibus illis di
xit. Amen dico vobis. quia unus vestrum me
tradituru est. Et contristati valde. coperunt
singuli dicere. Numquid ego sum dne. At
ipse respondens ait. Qui intingunt mecum
manum in parapside. hic me tradet. filius
quidem hominis vadit sicut scriptum est de
illo. vae autem homini illi per quem filius homi
nis tradetur. Bonum erat ei. si natus non fuis
set homo ille. Respondens autem iudas qui tra
didit eum dixit. Numquid ego sum rabbi. Ait
illi. Tu dixisti. Cenantibus autem eis. accepit ihc
panem et benedixit ac fregit. deditque discipu
lis suis et ait. Accipite et comedite. hoc
est corpus meum. Et accipiens calicem. gratias
egit et dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes.
Hic est enim sanguis meus novi testamenti.
qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.